EPISTOLARUM
QUAE
HIPPOCRATI VULGO TRIBUUNTUR
CENSURA.

VIRO ILLUSTRISSIMO

CHRIST. GOTTL. A VOIGT

SERENISSIMI DUCIS SAXO-VIMARIENSIS ET ISENACENSIS
A CONSILIIS INTIMIS FISCI PUBLICI COMITI PRIMARIO
ORDINI RUSS. CAESAREO EQUESTRI S. ANNAE
PRIMAE CLASSIS ADSCRIPTO ETC. ETC.

FAUSTA NOVI ANNI AUSPICIA

AUCTORITATE

SOCIETATIS DUCALIS LATINAE
JENENSIS

GRATULATURUS

SCRIPSIT

THEODORUS CAROLUS SCHMIDTIUS

GOTHANUS

SOCIETATIS LATINAE JENENSIS SODALIS.

JENAE
TYPIS CAROLI SCHLOTTERI
1813.

VIRO EXCELLENTISSIMO

ERUDITIONIS COPIA MUNERUM AMPLITUDINE
SUMMISQUE IN LITTERAS ET CIVITATEM MERITIS

ILLUSTRISSIMO

CHRIST. GOTTL. A VOIGT

MUSARUM JENENSIUM PRAESIDIO AC DECORI

SUO

ET SOCIETATIS DUCALIS LATINAE

NOMINE

S. P. D.

THEODORUS CAROLUS SCHMIDTIUS.

Magnum est, magnis viris bona, quae ipſis obtigerunt, digne gratulari, tum quia eorum, qui hoc in ſe ſusceperint, voces jure ſuo exſpectare poſſunt graviſſimas, tum quod amicorum fauſta quaeque apprecantium praeſtantia facile ſuperat eum, ſi quis forte debilior atque infirmior pauca ſua allaturus acceſſerit. Etſi igitur tale quidquam viribus meis vix aptum eſſe ſentiebam, tamen facere ſum auſus, quum ſummam meam ſummi viri admirationem manifeſtandi, animique adverſus eum, qui litteras et ingenii doctrinaeque laude et conſilii copia ornat, gratiſſimi ſenſus exſerendi mihi offerretur exoptatiſſima opportunitas.

Illuxit Tibi nuper, Vir Illustrissime, dies natalis, qui ſeptuageſimus rediit, patriae maxime memorabilis, Vimariae deſideratus, Academiae Jenenſi Latinaeque Societati impenſe ſperatus, optimo cuique acceptus. Infinitum eſt, enumerare omnia, quae hoc anno facta ſunt memoratu digna. Duo tantum afferam, quorum alterum, quod tetigiſſe ſat erit, triſtes revocat ſenſus, alterum meliorem animo accendit ſpem, et ſublimiore quodam gaudio nos perfundit. Magnum enim Tibi, Vir Praestantissime, infortunium hoc anno allatum eſt morte filii, quem fati crudelitas Tibi et nobis et patriae eripuit. At idem annus, ut levior fieret ſusceptus ex tanta jactura dolor, fortunaeque injuria, privatim Tibi illata, publice compenſaretur, Dei beneficio rem praeclaram progenuit, publicam ſalutem atque libertatem: quam, diu nobis, tamquam quae penitus eſſet amiſſa, deploratam, Germaniae nunc tandem reſtitutam

laetamur. Et quae TUA eſt animi magnitudo, impenſe laetaris ſenex, cui hoc contigerit, ut patriam TUAM, quae vel turpiter ſervitura, vel crudelia quaeque ab hoſte, peſtem nefarie minitante, expertura erat, rurſus integram videres et liberam. Laetaris, incolumem adhuc ſtare ac florere Vimariam, quae quum plurima TIBI atque maxima accepta referat, nil ardentius cupit, quam ut tutela TUA diutiſſime fruatur. Laetaris nobiscum, hanc litterarum Univerſitatem, quamquam belli variis calamitatibus afflictam, tamen retinere adhuc nominis ſui dignitatem, et ampliſſimis a TE cumulatam beneficiis, in TUO patrocinio totam acquieſcere. De Societate Latina quid dicam, quae, quum prae caeteris favore TUO gaudeat, EICHSTADIUS, Vir Perillustris idemque a ſociis dilectiſſimus, nullam temere praetermittit occaſionem, qua gratus TIBI ſociorum animus et prolixum caritatem illam promerendi ſtudium declaretur. Cujus ſtudii ut novum

aliquod monumentum publice exſtaret, Vir ille incomparabilis ita inſtituerat, ut natalem TIBI, bonis cum votis nuper redeuntem, more nobis recepto congratularemur. Sed temporum difficultas, quae tot jam conſilia hominum conturbat et irrita reddit, etiam huic qualicumque propoſito adverſariam ſe praebuit. Nam quum jam in eo eſſent operae, ut hoc ipſum litterarum ſpecimen typis excuderetur, illarum dominus morbo repente oppreſſus eſt: quo facto alia officinae negotia languere coeperunt, alia ſtatim abrupta ſunt, et hujus quoque ſcriptionis nulla amplius ratio habita eſt. Sed fortiter obſiſtendum eſt etiam temporis incommodis: et nunc quidem quo facilius objecta nobis impedimenta ſuperaremus, novi anni auſpicia, natalem illum TUUM proxime conſequuta, effecerunt. Tralaticius eſt quidem ille mos ſtrenarum, et tantum non in abuſum converſus; ſed quem nunc ita commendent

tempora, ut, qui praeterita reſpicit, futura exſpectat ominaturque, non ſine grato adverſus Deum animo bona vota perſolvat. Ego vero quam parum libelli gratulatorii ſcribendi provinciam, a praeceptore meo mihi demandatam, explere poſſim, ipſe ſentio. Eſt enim illud munus ſi ex Tua, Vir Excellentissime, dignitate ſpectetur, graviſſimum, ſi ex mea imbecillitate, difficillimum. Quod etſi me vix ſustinere poſſe intelligebam, tamen obire, quam detrectare ſatius duxi, Tua potiſſimum facilitate fretus, quae juvenum ſtudia magis ex animi voluntate, quam ex virium ratione metiri conſuevit. Neque igitur, quae Tua eſt inſignis humanitas, contemnes, quae pio ex pectore redundarunt, et ſerena, ut ſoles, fronte accipies vota ſociorum, qui mecum una omnes voce precantur, ut diu adhuc ſospes atque incolumis vigeas, et, quod filii praeſtantiſſimi aevo praeciſum eſt, vegetae Tuae ſenectuti accedat. Quae

vota ſi rata eſſe ſummum Numen juſſerit, civitati Vimarienſi ſplendidiſſimum ornamentum, Academiae Jenenſi unicum praeſidium, Societati Latinae ſummum decus ſervabitur. Vale, VIR ILLUSTRISSIME, et Societatem noſtram, TIBI deditiſſimam, TUA perge amplecti benevolentia.

Dabam Jenae, die XXVII Decembris, a. MDCCCXIII.

NOMINA
CAETERORUM SODALIUM ORDINARIORUM

NUNC QUIDEM

IN

SOCIETATE DUCALI LATINA

ARTES HUMANITATIS TRACTANTIUM

QUI UNA CUM DIRECTORE PIE GRATULANTUR.

Carolus Guilielmus Goettling
Jenenſis, Theologiae et Philologiae Studioſus.

Antonius Paulssen
Jenenſis, Philoſophiae Doctor.

Fridericus Guilielmus Schorch
Rudolſtadienſis, Juris utriusque Doctor.

Guilielmus Augustus Fridericus Gensler
Oſthemio-Iſenacenſis, Philoſophiae Doctor.

Carolus Fridericus Grosch
Gothanus, Juris Studioſus.

Carolus Guilielmus Ulrich
Jenenſis, Jurisprudentiae et Philologiae Studioſus.

Carolus Augustus Steger
Gothanus, Theologiae Studiosus.

Fridericus Augustus Klein
Ronneburgensis, Theologiae Studiosus.

Eduardus Schuderoff
Altenburgensis, Theol. et Philol. Studiosus.

Jo. Ernestus Antonius Godofr. Goering
Vimariensis, Theol. et Philol. Studiosus.

Ernestus Theodorus Pazig,
Cahlensis, Theologiae Studiosus.

Ernestus Aug. Guilielmus Graefenhan
Gothanus, Theologiae Studiosus.

Epiſtolarum, quae Hippocrati vulgo tribuuntur, cenſura.

Saepe numero accidit, ut, quos veterum libros ſpurios, neque ab eo, cui vulgo tribui ſolent, auctore ſcriptos eſſe, vel ſuſpicamur vel ſcimus, eos nec legamus, nedum accurate tractemus. Sunt quidem nonnulla, quae ab ejusmodi librorum lectione nos quodam modo absterreant, eadem vero levia, certe non tanti ponderis, ut ab illa eorum tractatione, quae in textu melius conſtituendo cernitur, plane nos arceant. Operae enim pretium eſt, cuivis veterum libro operam navare, non ſolum quia ne pagella quidem exſtat, quin aliquid ſaltem ei inſit, quod ad nos erudiendos faciat, ſed ideo potiſſimum, quod antiqua monumenta, quae magis ad aevi futuri memoriam quam ad praeſentis temporis gratiam ſpectant,

misere affecta lacerataque ad posteritatem propagari est indignissimum. Hoc nomine epistolas, quae vulgo Hippocrati tribuuntur, curam quamdam desiderare, non est quod dubitemus. Quas, quum nulla fere Hippocraticae manus indicia habeant, neglectas suisque vitiis, quae temporis injuria tulerunt, prope obrutas jacere dolemus. Sunt vero dignae, quae inspiciantur, neque quod non ex Hippocratis ingenio promanaverunt, quominus paulo diligentius in iis elaboremus, obstare videtur. Etenim ex Ciceronis quoque aliorumque scriptis adhuc nonnulla impensius legi videmus, quae ab illis non esse profecta, inter doctos constat.

Quod autem libello huic inscriptionem dedimus epistolarum Hippocratearum censurae: monendum videtur, nos non hoc egisse, ut, quae harum epistolarum Hippocratem auctorem habeant, quae non, disquireremus atque explicaremus, sed ut potius genuinum illis textum redderemus, propriumque, quo tam diu privatae in omnium contemtum venerant, habitum indueremus. Nam prius illud ut post Mercuriales et Gruneros [1]) instituamus, haud est necessarium, quos ita nos sequimur, ut epistolas, quae Hippocratis nomine veniunt, non esse ab hoc medico conscriptas existimemus. Alterum vero, quam viam ingressi,

[1]) Fabric. Bibl. Graec. II. 10. p. 422.

quibusque rationibus innixi fecerimus, breviter a nobis explicandum eſt.

Quisquis fuerit ille, qui epiſtolas has ſuppoſuit, fieri non poterat, quin, quum Hippocratis ingenium aſſequi non poſſet, linguae dialectique Hippocraticae rationem ſaltem ſectaretur, ad eamdemque, qua hic ſcripſerat, normam conformaret orationem, ſi vel bene imitari, vel callide lectoribus imponere vellet. Igitur in eo potiſſimum verſabitur epiſtolarum, ſicut omnium operum Hippocrateorum, textus [2]) emendatio, ut Hippocratica dialectus, ubi haud apparet, correctione reſtituatur.

Tametſi Hippocrates multos compoſuit libros, eorumque haud pauci non ſolum a veteribus, ut a Galeno, ſed etiam a recentioribus multum terebantur: illam tamen quaeſtionem, qua potiſſimum

[2]) Franzius praefat. in Erat. Gal. et Herodot. Gloſſ. p. X. Unum tantum commemorabimus Hippocratem, medicorum principem, ſtudiis indefeſſis atque eximiis Foëſii, Cornarii, Obſopoei, Lindenii, Charterii etc. repurgatum atque politum, non tamen ita hucusque comparatum adaptatumque, ut ubique Ionicae dialecti veſtigia conſpicere liceat, quibus indagandis inveſtigandisque novorum editorum ſagacitas et induſtria deſudari queat. Exempla p. 7. 59. H. σημεῖον, l. σημήϊον; συγκάμπτοντα l. ξυγκάμπτοντα; συμπίπτειν l. ξυμπίπτειν. p. 285. γίνεται l. γίγνεται ut paſſim. 12. κεῖνται l. κέονται. 14. παραῤῥεῖ. l. παραῤῥέει 17. πολὺ l. πουλύ. 40. θέρους l. θέρεος.. 54. δεῖσθαι. l. δέεσθαι.

Hippocrates dialecto ufus fuerit, non ea, qua debebant, cura tractaviffe, immo neglexiffe videntur, vel quia illam jam explicatam opinarentur, vel quod nullum ejus ad medici illius artem atque ingenium perfpiciendum momentum effe arbitrarentur. Itaque quaeftio haec non tam explicata quam mota eft. Quamquam enim Galenus de dialecto Hippocratis fe fcripturum aliquo loco [3]) promiferat, nihil tamen de hac re ab illo effe fcriptum videmus, nifi forte temporis malignitas ejus librum ad nos pervenire vetuerit. Proinde nonnifi exigua, quae huc fpectent, loca apud veteres deprehenduntur, pauca apud recentiores, eademque ita comparata, ut, quum in diverfum abeant, incertos nos ferant. Etenim rem fic egerunt, quafi Hippocrates ex omnibus potius Graecae linguae dialectis propriam quamdam novamque confarcinaverit, quam una quadam, quae fufa per ejus libros conftanter reperiatur, ufus fit. Imprimis duo funt apud veteres loca, quae hac de re tradant, alter apud Galenum, alter apud Aelianum, quorum fcriptorum ita differt fententia, ut hic medicum Coum Ionicam, ille, praeter hanc, veterem Atticam dialectum ufurpaffe affirmet. Verba Galeni [4]) funt haec:

[3]) De fract. Comm. II, 1. T. XII. p. 153. ed. Chart.

[4]) Gal. l. l.

Ἀττικοῖς, ὧν τῇ διαλέκτῳ χρῆται κατά τι καὶ ὁ Ἱπποκράτης, ὡς ἀποφήνασθαι τινὰς αὐτὴν ἀρχαίαν Ἀτθίδα. Aeliani haec [5]): Λέγουσι δὲ Δωριέα ὄντα τὸν Ἱπποκράτην, ἀλλ' οὖν καὶ τοῦ Δημοκρίτου χάριν τῇ Ἰάδι φωνῇ συγγράψαι τὰ συγγράμματα. Adſtipulantur ex recentioribus Galeno Mercurialis [6]) et Grunerus [7]), Aeliano Linden..us: quarum ſententias primum excutere, et ſi illas veritati non conſentaneas eſſe probaverimus, quid nobis hac de re ſtatuendum videatur, adjicere liceat.

Si Hippocratis dialectum, veterem Atticam appellaverunt, hoc inde imprimis factum eſſe videtur, quod Ionicam cum Attica vetere, quam vulgo vocant, Platonis nimirum, Thucydidis etc., unam eamdemque eſſe exiſtimarunt [8]). Ut rei veritatis ſpeciem conciliarent, loca, quae vel non clare ſatis eſſent enunciata, vel perperam ab ipſis intelligerentur, promſerunt. Imprimis ad Strabo-

[5]) Var. Hiſt. 4, 20.

[6]) In Hippocr. Cenſ. p. 4.

[7]) Cenſur. lib. Hippoc. p. 15 et 18.

[8]) Koen. ad Greg. p. 66. Iones, quorum dialectus cum Attica veteri aut eadem erat, aut perparum diſtabat. — — p. 176. Ionicam dialectum fere eandem fuiſſe cum Attica veteri, paſſim homines eruditi, invitante occaſione, monuerunt. — p. 180 et 220. Maittair. Introd. in dial. p. XXXV. Henric. Stephan. d. Attic. ling. Idiom. p. 235.

nis [9]) verba τὴν Ἰάδα τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι τὴν αὐτὴν φαμέν· καὶ γὰρ Ἴωνες ἐκαλοῦντο οἱ τότε Ἀττικοί, et Joannis Grammatici [10]) locum Ἰάς ἐστι διάλεκτος, ᾗ κέχρηνται Ἴωνες. Δοκεῖ δὲ ἀρχαία εἶναι Ἀτθίς, provocaverunt. Quorum locorum, quaenam vera ſit ſententia, paullo altius repetendum, et quae ab initio fuerit dialectus Ionica, qualis temporis progreſſu facta ſit, explicandum eſt.

Parva primo Graecorum gens nec admodum late diffuſa moribusque ſimplex, linguam quoque habuit ſimplicem. Fuit illa, cujus poſtea quoque non pauca veſtigia extarent, ita ut ex horum natura, qualis illa fuerit, conjicere liceat, et vetuſtiſſima Graecorum lingua denuo quaſi effingi [11]), et quam diverſae ejus, quae poſtea vigebat, formae ab illa deſcenderint, ostendi poſſe videatur [12]). Haec prima Graecae linguae ſpecies ubi primo comparuerit, antiquiſſimae hiſtoriae documenta docent. Etenim ibi locum habuerit neceſſe eſt, ubi prima Graecorum ſtirps, magnae, quae aevo ſequenti floruit, gentis parens, primum invenitur. Jam vero quum non ſolum hiſtoria ſed alia

9) l. 8. p. 333.

10) p. 364. Koen. ad Greg. 176.

11) Salmaſ. d. Hellen. 393.

12) Praefat. Sturz. ad Maitt. p. XX ſeq.

quoque indicia arguant, Graecos inde a Thraciae, vel Scythiae [13]) quadam parte originem ſuam duxiſſe, linguae quoque primitivam formam ibi locum habuiſſe certum eſt [14]). Nec tamen Graeci in anguſto hoc loco permanſerunt, ſed dum hominum multitudine augebantur, per vitaeque varium genus latius vagari incipiebant, ceteras quoque Graeciae, quae poſthac dicebatur, adierunt partes, veteresque incolas barbaros vel exegerunt, vel iis immiſti ſunt [15]). Sic fieri non potuit, quin latius quoque ſerperet eorum lingua, et ſimplicem, quo aliquando ornata erat, habitúm exueret novamque, qua diverſicolor conſpiceretur, veſtem indueret. Praeterea Graecos, ſimulatque intus forisque adaugerentur, ideoque varias ſedes occupare variaque ſtudia ſectari cogerentur, in diverſas civitates fluxiſſe, et in nationes, quae in univerſum quidem minime a Graecorum indole declinarent, at quodammodo inter ſe differrent, ſecerni debuiſſe, gentis, quae magnum terrae tractum obtinet, ingenium atque natura evincit [16]). Diviſi ſunt Graeci antiquiſſimis temporibus in duas potiſſimum nationes, Iones atque Dores, quorum illi numero

[13]) Salmaſ. d. Hellen. p. 333. p. 665. et paſſim.

[14]) In Ariſtotele ἀρχαία Ἑλλάς in Salm. d. Hellen. p. 403. κοινὴ vel Ἑλληνικὴ Salmaſ. 406.

[15]) Salmaſ. d. Hellen. p. 365.

[16]) Salmaſ. d. Hellen. p. 412.

pauciores Peloponneſi partem ſeptentrionem verſus ſitam et Atticam, hi, populus amplior, Graeciam reliquam incoluerunt. Altera pars ab altera erat disjuncta non ſolum imperii, ſed etiam vitae ratione. Haud enim eadem civitate continebantur, ac ſi ſtudia, quibus incumberent, ſpectamus, Iones mari navigando, Dores agro colendo operam dediſſe videntur. Quum igitur tanta inter utrumque populum intercederet diverſitas, et ſi hiſtoriae hac in re fidem habere licet, odio invicem flagrare inciperent: linguae quoque, qua utebantur, discrimen quoddam injectum eſſe tantum abeſt, ut mirari liceat, ut potius ſic fieri debuiſſe ſtatim cuique appareat.

Hoc vero discrimen auctum eſt eo quod, quum Graeci non diu ab externis populis eſſent ſecreti, ſed illorum pars adventu peregrinorum magnopere frequentaretur, magna in hac ex advenarum lingua Graecae fiebat acceſſio [17]). Hinc ejus diverſae ſunt enatae dialecti, quae quum nomina acciperent a populis, apud quos in uſu erant, dialectus Ionica et Dorica nuncupatae ſunt.

Iones vero, praeterquam quod Achaiam in Peloponneſo ſitam incoluerunt, in Attica quoque domicilia habuiſſe diximus. Quae igitur hoc tempore vocatur dialectus Ionica, etiam veterem Atticam poſſe appellari, et utramque unam et ean-

[17]) Salmaſ. d. Hellen. p. 416. 424.

dem [18]), quae vero vulgo veteris Atticae nomine insignitur, immerito hoc nomen gerere, et esse longe aliam, dubio caret, clareque ex sequentibus elucescet.

Qui rerum in Graecia status ad decimum seculum duraverat, repente est conversus. Jam antea Dores in nationes duas discesserant, partim in Dores, qui proprie sic dicuntur, partim in Aeoles, dialectusque Dorica apud hos non nisi paullulum mutatam speciem assumserat. Quorum trium populorum jam alter alterum ex sedibus pellere coepit, ita ut ii, qui meridiem versus habitarent, ad septentrionem pergerent, primique Iones, quum a Doriensibus urgerentur, ducibus Codri filiis, in Asiam minorem migrarent, quos deinde Dores et Aeoles sequuti sunt. Sic populi sunt confusi Ionibusque imprimis Aeoles atque Dores additi. Quum enim primi Graeciam reliquissent, Lydiamque in Asia minore occupassent, a Doribus, qui posthac e Graecia profecti, in inferiora Asiae minoris loca tendebant, sunt peragrati, et his in locis ab initio certe cum iis coaluerunt, uti deinde in superiori Lydiae parte cum Aeolibus, qui Dores sequuti, Mysiam ceperant. In hac populorum perturbatione ut dialectorum quoque magna fieret confusio, et Ionica prae ceteris plurimis Dorum, nec paucis Aeolum formis distingueretur, omni-

18) Salmas. d. Hellen. p. 410. 412 seq.

no erat necesse. Priusquam nationes iterum separarentur, et communibus publicisque institutis, ut Panionio, quisque ad suam reduceretur, nec proinde sermones varii secernerentur, nec formae suae cuique dialecto redderentur, Homerus ex Ionibus oriundus cecinisse videtur. Ejus igitur sermo Ionicus est, sed plurimis Dorismis, nec paucis Aeolismis interstinctus. Quum vero, ut probavimus, quae tum vigebat, vetus Ionica dialectus eadem sit cum Attica, cui nomen dare lubet vetustissimae, Homerus dialecto vetustissima Attica carmina sua fudisse dici poterit. Hic igitur locorum ex Strabone atque Joanne Grammatico laudatorum sensus esse videtur.

De quo adhuc disseruimus, sermo Atticus vetustissimus, vel Ionicus priscus, varias expertus est vices tum in Attica tum in Asia minore. De illo in Attica nihil dicere attinet, nisi hoc, eum propter varia Atheniensium cum ceteris populis commercia, imprimis cum Macedonibus [19]), ab antiqua sua forma degenerasse, insequentique tempore triplicem exstitisse, primum Solonis, deinde dramaticorum, et qui hos excipiunt, denique oratorum temporibus [20]), ita ut, addita vetustissima, qua-

19) Athenaeus. p. 122. Μακεδονίζοντας οἶδα πολλοὺς τῶν Ἀττικῶν διὰ τὴν ἐπιμιξίαν.

20) Grammat. Meermann in Greg. ed. Koen. p. 305. γεγόνασι δὲ αὐτῆς (sc. Ἀτθίδος), μεταπτώσεις τρεῖς, ὥστε καὶ

tuor dialectos Atticas discernendas esse putemus, quarum prima eadem sit cum ea, quae Ionica vetus appellatur, ceterae tres ab illa abhorreant. Easdem multo minus cum Ionica recentiore posse congruere, ideoque nec eam, quae vulgo vocatur dialectus vetus Attica [21]), Platonis nimirum ceterorumque aequalium vel parum diversorum, sequentia docebunt. Postquam enim Iones in media Asiatici littoris parte sedes suas posuerant, et, praeterquam quod ceteri Graeci ab initio certe iis accedebant, una cum terrae, quam occupaverant, incolis versari inceperant, hórum pronunciandi rationem multis suae linguae verbis accommodaverunt. Sic multas, quas Attici in Attica retinuerunt formas, ad barbarorum, inter quos habitabant, morem barbare mutaverunt [22]), ita ut hae imprimis sint,

μετασχηματισμοὺς τῶν λεξέων ὑπάρχειν καθ' ἑκάστην μεταβολὴν καὶ προσῳδίαν. Ad. h. l. conf. Koenium. Qui optime hanc rem dijudicarunt, eos Sturzius laudat ad Maitt. introd. in Graec. dial. p. XXXV.

21) Henric. Steph. et Koen. l. l.

22) Koen. ad Greg. 223. Salmas. d. Hellen. p. 427. „Iones Athenis profectos cum eandem linguam haberent cum Atthide prisca, statim ac versari cum Caribus βαρβαροφώνοις coeperunt et Lelegibus loquelam suam plane ἐκβαρβαρῶσαι etc." Primum vero in eo errare videtur, quod Lelegum Cariumque terram ab Ionibus occupatam dicat. Si Iones inter hos

quibus Ionicus ſermo recens ab Ionico priſco, et Atthide vetuſtiſſima, multo magis vero ab Atthide recentiore diſtet.

Sed Hippocrates, de quo nunc potiſſimum disputatur, plurimas harum formarum, quae barbarae dicuntur, in ſcriptis expreſſit: eum igitur Ionicam dialectum adhibuiſſe, extra omnem poſitum eſt controverſiam.

Quae quum jam ex antecedentibus vera appareant, ex his duobus quoque probari poſſe videntur. Primum Ionica dialectus aptiſſima tum erat, in qua aliquid exhiberetur lectu dignum [23]), Attica contra non tantopere exculta et orationi pedeſtri adaptata. Coum igitur Atthidi Ionicam praeoptaſſe eſt veriſimile. Deinde ſi verum eſt, quod narrat Aelianus [24]), Hippocratem, Democrito gratificaturum, ejus ſermonem adhibuiſſe, inde quoque Ionico eum uſum eſſe conficitur, quia philoſophi illius fragmenta hunc exhibent.

habitaſſent, et ex horum praecipue lingua barbaras formas didiciſſent, tum eaedem in Dorica dialecto extent eſſet neceſſe, quum hos praecipue illorum terram incoluiſſe conſtet. Hoc vero non eſſe ſcimus. Deinde fallitur, quod barbaris illis formis accenſet λόγοισι, κραδίη. Nam hae in vetuſtiſſima dialecto Attica et Ionica jam inveniuntur.

23) Mercurial. ad epiſt. Hippoc. p. 90. Gruner. Cenſ. lib. Hippoc. p. 16. Salmaſ. d. Hellen. p. 9.

24) l. l.

Quum igitur Hippocratis dialectum minime veterem Atticam vocari posse certum sit, attulerunt tamen formas [25]), quas, quum Herodotum Ionicae dialecti regulam sanxissent, (quam recte, videbimus post) ab Ionici sermonis ratione discrepare, atque ex Attico prisco desumtas esse dicerent. Recte vidissent, si illas cum sermonis Herodotei ratione non congruere dixissent, a vero autem aberrant, quod Coum illas ex Attico vetere mutuatum esse censuerunt [26]). Cur enim factum sit, prorsus nullam afferunt causam. Num forte, ut duriores Ionici sermonis formas vitaret, illum sic scripsisse volunt? Si haec eorum est sententia, quamnam reddent rationem, quod eum durissimas non vitasse, sed multo duriores adjecisse certum est? [27]) Quae quum nihil omnino valere pateat, alia, cur tam multas habeat medicus ille formas, Herodoto ignotas, notas vero Atticis veteribus, causa quaerenda videtur.

25) Gruner. Cens. lib. Hippoc. p. 18.

26) Sic illa νοσεῦνται, καλεῦνται etc. Doribus imprimis usitata, et in Ionibus quoque frequentissima, ex Dorica dialecto ab Ionum scriptoribus petita esse dicendum foret, quod in tanta omnium dialectorum communione nemo ne opinatus quidem fuerit. Errat igitur Gruner. Cens. lib. Hippoc. p. 15.

27) durissimas ut ωυ etc. non vitavit, duriores adjecit ut ξ. Salmas. d. Hellen. p. 432.

Herodoti ſermo, ut jam monuimus, hucusque plurimis norma fuit, ad quam, quid eſſet Ionice ſcriptum, quid non, judicarent, vel quia Herodoti opus integrum illibatumque adhuc exſtaret, ceterorum vero ex Ionibus ſcriptorum brevia tantum fragmenta, vel quia hiſtorica ejus laude deciperentur. Unde elucet, plurimos Ionicam dialectum propriam quidem ſuisque finibus circumſcriptam exiſtimaſſe, ſed quum varias ejus ſpecies vel mutationes haud noſcerent, in eo, quod univerſi ſermonis Ionici principem Herodotum ſtatuerent, a vero aberraſſe. At plures ejus mutationes fuiſſe, Herodoti commonſtrat locus, quem VV. DD. laudaverunt [28]) quidem, nec tamen in uſum ſuum converterunt, ita ut adhuc neglectus jaceat. Legitur I, 142. his verbis [29]): Ἴωνες γλῶσσαν οὐ τὴν αὐτὴν οὗτοι νενομίκασι, ἀλλὰ τρόπους τέσσερας παραγωγέων. Μίλητος μὲν αὐτέων πρώτη κέεται πόλις πρὸς μεσημβρίην· μετὰ δὲ Μυοῦς τε καὶ Πριήνη· αὗται μὲν ἐν τῇ Καρίῃ κατοίκηνται, κατὰ ταὐτὰ διαλεγόμεναί σφι. αἱ δὲ ἐν

[28]) Salmaſ. d. Hellen. p. 27. 460. Maittair. introd. in dial. XXXVI. Koen. ad Greg. p. 233. Hermann. proluſ. de Graec. ling. dial. p. 5.

[29]) Gregor. 233 ex Ioanne Grammatico. Εἰδέναι δεῖ, ὡς ἡ μὲν ἀρχαία Ἰὰς μετέπεσε παρὰ τὴν τῶν κατοικούντων παρατροπήν. Διέμεινε δὲ ἕως ἐκείνου τοῦ καιροῦ, ἐφ᾽ ᾧ ἐποίησαν οἱ Ἴωνες τὰς ἀποικίας, καὶ διεσπάρησαν ἐς τόπους πλείονας. Cf. quae adnotavit Koen.

τῇ Λυδίῃ Ἔφεσος, Κολοφών, Λέβεδος, Τέως, Κλαζομεναί, Φώκαια· αὗται δὲ αἱ πόλιες τῇσι πρότερον λεχθείσῃσι ὁμολογέουσι κατὰ γλῶσσαν οὐδέν, σφὶ δὲ ὁμοφωνέουσι. ἔτι δὲ τρεῖς ὑπόλοιποι Ἰάδες πόλιες, τῶν αἱ δύο μὲν νήσους οἰκέαται, Σάμον καὶ Χῖον· ἡ δὲ μία ἐν τῇ ἠπείρῳ ἵδρυται, Ἐρυθραί. Χῖοι μέν νυν καὶ Ἐρυθραῖοι κατὰ τωὐτὸ διαλέγονται, Σάμιοι δὲ ἐπ' ἑωυτῶν μοῦνοι· οὗτοι χαρακτῆρες γλώσσης τέσσερες γίνονται. Sententiae igitur in ante cedentibus propoſitae, veterem Iada vel Atticam vetuſtiſſimam poſt Ionum in Aſiam profectionem aliam eſſe factam, hiſtoricorum princeps addit, eam propter varios, ad quos venerint Iones, populos quadrifariam exſtitiſſe, et quibus in urbibus quaeque dialecti Ionicae ſpecies locum habuerit, explicat. At quomodo quaeque comparata, quomodo inter ſe diſtinctae fuerint, exponere praetermiſit, et ſic conjecturis locum occaſionemque dedit. Ut in re viciſſitudinibus ſubjecta omnino fieri potuit, ut quatuor illarum, quas in Ionica dialecto conſpicere licet, ſpecierum alia ab antiqua Iade eademque Attica vetuſtiſſima magis, alia minus deflecteret, vel alia formas quasdam ex vetere illa retineret, alia rejiceret. Quae pauciſſimas ex antiqua Iade ſervaret, Herodoti eſſe videtur, quae plurimas, Hippocratis. Quales reliquae duae fuerint, nondum definierimus, quum adhuc ſit incertum, ad quam quaeque veterum Ionum fragmenta referenda ſint, et haec res nunc primum minus latere incipiat. Iam vero apparet,

inconſulto eos egiſſe, qui, quae Ionice ſcripta eſſe ſcirent, ad Herodoti ſermonem usque exigerent [30]), rariorque erit correctio locorum, quae corrupta habebantur, quum non eſſent, quorumque corruptela librariorum incuriae intempeſtivaeque diligentiae dabatur. Rarior igitur Coi medici emendatio, ineptumque ejus ſtudium [31]), qui Herodoteam loquelam medico illi violenter obtruſerit, quum horum ſcriptorum quisque in ſua dialecti Ionicae ſpecie dominetur, et ad hanc ſit emendandus.

Hippocraticae igitur dialecti quum alia ſit ratio quam Herodoteae, haec vero omnibus, etſi perperam, Ionici ſermonis norma habeatur, atque a Maittairio (de dialectis) ſervetur, ad hunc librum, quae Hippocratica Ionicae dialecti ſpecies ex vetere Iade retineat, quibusque ab Herodotea diverſa ſit, in medium proferre conſilio noſtro non repugnare putamus, exemplis ex genuinorum Coi librorum aliquot petitis. Nam ſic quisque facile videbit, quae ſint in Hippocrate corrigenda

30) Igitur Fiſcherus quoque ad Anacr. praef. p. XV errat, quod quae Herodoto tantummodo ſunt propria et peculiaria, ea Ionicae dialecti propria eſſe putat. Salmaſ. d. Hellen. p. 75.

31) Sic refellitur Lindenii ſententia, qui ubique loquelam Herodoti medico Coo reſtituendam eſſe cenſeret. Cf. ſuper.

quoad dialectum, et nos commode ſuperſedebimus opera illa, ſingula quaeque emendandi, in quibus epiſtolarum textus contra dialectum peccet.

Ad Maittairii parag. 4.

φλαῦρον. Hippoc. ed. Foëſ. 37, 28. 40, 40. 71, A. Aliter in Herod. 7, 8, φαυλόν. πλεύμονα. 41, 14. περιπλευμονικοῖσιν. 37, 50. In Herod. πνεύμονα, περιπνευμονικοῖσιν.

Ad parag. 98, C.

προςδέχομαι. Hippoc. ed. Foëſ. 102, A. 109, C. 111, A et D.

Ad parag. 100, C.

ἄγνοια. Hippoc. ed. Foëſ. 72, B. πρόνοια. 1, 21. εὔπνοια. 38, 11. δύςπνοια. 42, 46. εὔχροια. 71, B. Hoc tamen α in proparoxytonis tantum locum habere videtur, cum in ceteris η redeat.

Ad parag. 101.

ἀπέδειξαν. Hippoc. ed. Foëſ. 38, 18.

Ad parag. 104, C.

τῳ. Hippoc. ed. Foëſ. 83, C.

Ad parag. 121, C.

Hic ſcriptura tantopere variat inter α et η, ut quid ſit a medico Coo uſurpatum, incertum ſit. Tutius tamen videtur Hippocrati tribuere η quam α, quamvis id frequentiſſime occurrit. Sic Hippoc. ed Foëſ. κοιμᾶσθαι. 37, 50. 39, 50. τελευτᾷ. 44, 2. 108, D. 110, F. 901, H. ὀδυνᾶται. 81, C. ὁρᾶσθαι. 85. A. 109, B. διψᾶν. 85, B.

Ad parag. 133.

A. οὐχ' ἧσσον. Hippoc. Foëſ. 45, 43. οὐχ ἥκιστα. 67, C.

B. ἐνταῦθα. 38, 49. 46, 22. ἐντεῦθεν. 39, 7. αὖθις. 42, 54. αὐθημερόν. 42, 48. ἐξαίφνης. 72, H. 73. F.

Ad parag. 134.

A. ξὺν ubique. ἀνακαθίζειν. 37, 50. καθιστάμενον. 38, 44. 38, 53. ὑφίσταται. 40, 34. ἀφῇ. 42, 47. ἔφοδος. 44, 3. τριήκονθ' ἡμερέων. 44, 14. καθαπτόμενοι, 68, D. μεθ' ἱδρῶτος. 72, D.

C. σὺν ubique ut Hippoc. Foëſ. 1, 30. 36, 18. 37, 2. 38, 55. 39, 20. 85, A.

EPISTOLA. I [32]).

Artaxerxes Paeto.

Ad pag. 9. E. edit. Chart. Tom. I. προςεπέλασεν] Sic omnes fere editiones. Vitium inhaerere, ora-

[32]) Ex his epiſtolis omiſi ea, quae nullam epiſtolarum ſpeciem prae ſe ferunt, nec niſi ideo, quod nusquam locum invenire poſſe videbantur, illis addita ſunt. Huc pertinet 1) δόγμα Ἀθηναίων. 2) πρεσβευτικὸς Θεσσαλοῦ Ἱπποκράτους. 3) ἐπιβώμιος. 4) ὁ περὶ μανίης λόγος. 5) Ἱπποκράτης Δημοκρίτῳ περὶ ἐλλεβορισμοῦ. 6) Δημόκριτος Ἱπποκράτει περὶ φύσιος ἀνθρώπου. 7) Ἱπποκράτης ὑγιεινὸν πρὸς Δημήτριον βασιλέα. Cf. Gruner. Cenſ. lib. Hippoc. Omiſi quoque tertiam et ſextam epiſtolam, quia nulla in iis occurrit lectionis varietas, neque locus emendatione indigens.

tionis ratio evincit. Defcribitur enim peftis, exercitus partem corripiens, quam dici poffe appropinquare, quumjam multos ad mortem traxerit, non autumaverim. Legendum cenfeo προσέπεσεν, quam quidem lectionem tum hoc adjuvat, quod hic morbus, fubito ingravefcens, infra ferae comparatur, repentina irruptione gregem opprimenti, tum ufus loquendi. Herodian. Hift. I, 4. I, 17.

ὅθεν ἀξιῶ παντοίως καὶ πάσαις — δωρέαις.] Imperat ibi rex Perfarum fatrapae, ut virum fibi mittat, qui morbum depellat. In hoc fevero regis juffu quid fibi velit παντοίως, vario modo, non video. Malim igitur defpota Perfarum dignius vocabulum πάντως, omnino volo, et propter omnia, quae in te contuli, dona flagito.

ἢ τινὸς ἑτέρου ἀνδρὸς ἑρμηνείην] Sic vulgo. Exemp. R. ἤ τι, quod verae lectioni propinquius eft ἤ τιν', ita ut referatur ad ἑρμηνείην, vel aliquod alius viri confilium.

πέμπε τάχος.] Sic vulgo. Exemp. R. ταχέως quod praefero. Nam propter ε mutum ante ως fefellit pronunciatio, ita ut fcriberetur τάχος. In Hippocrate frequentiffimum eft ταχέως.

Ad pag. 9, F. ἅλυς.] Sic vulgo. Malim ἄλυς quum defcendat ab ἀλύειν. Vocabuli ἄλυς fignificationem plenius tractavit Franz. ad Gal. gloff. 46 Foëf. oecon. fub voce ἀλυκή.

πικρὰ βέλη βελῶν κατάπεμπει.] Correctione indigere quisque videt. Nam quum his verbis Orientales multitudinem telorum exprimere poſſint, uti nonnulli interpretati ſunt, Graeci ab hoc dicendi genere abhorrent. Initio igitur emendare volueram πικρὰ βέλη μῆλον ἀναπέμπει, acerba tela gregi immittit, quia exercitum cum grege, morbum cum fera ante comparaverat. Lenior tamen correctio eſt haec πικρὰ βέλη βαλὼν καταπέμπει.

ὀυ φέρω γνώμην, ὀυκ ἔτι ἔχω μετ' ἀνδρῶν γονίμων βουλεύσασθαι.] Perperam ab omnibus intellectum. Malim ſic: Neque ipſe ſententiam ferre audeo, conſilii inops, neque nunc, quibuscum deliberem, habeo viros ad inveniendum, quid tanto malo medeatur, promtos.

λύε ταῦτα πάντα.] Sic vulgo. Manuſc. nonnulla perperam λύεται πάντα.

Epistola II.

Paetus Artaxerxi.

Ad pag. 10. D. τε poſt ἠξίωται, δὲ ſcribendum eſt.

Epistola IV.

Hyſtanes Hippocrati.

Ad pag. 11. A. Ὑστάνης ὕπαρχος Ἑλλησπόντου Ἱπποκράτει Ἀσκληπιαδῶν ὄντι ἀπογόνῳ] Sic vulgo. Alii omittunt ὕπαρχος Ἑλλησπόντου, et cetera legunt ſic: Ἱπποκράτει ἰητρῷ Ἀσκληπίου γεγονότι.

Ad pag. 11. B. Περσαίων Mercurialis et Foëſius. Ceteri Περσέων.

Epistola VII.

Hyſtanes Artaxerxi.

Ad pag. 11. E. Ὑστάνης] Al. Ὀστάνης. τὸν οἶκον.] Sic Foëſius, Charterius, Lindenius. Magis placet Mercurialis σὸν, modo mutetur in τεὸν vulgatae lectioni cognatius.

Γυμάσβην] Exemp. aliquot Γυμνάσδην.

Epistola VIII.

Artaxerxes Cois.

Ad pag. 11. F. ἐπὶ τούτῳ. Al. perperam ἐπεὶ ἐν τούτῳ.

Epistola IX [33]).

Coi Artaxerxi.

Ad pag. 12. A. καὶ γὰρ Δαρείου καὶ Ξέρξου ἀπὸ πατέρων ἐπιστολὰς γραψάντων, γαῖαν καὶ ὕδωρ αἰτεόντων. Haec verba, hoc ordine collocata, ſermonis Graeci ingenio non convenire cuique apparet. Levi transpoſitione facta, difficultas nulla erit. καὶ γὰρ Δαρείου καὶ Ξέρξου ἐπιστολὰς γραψάντων, ἀπὸ πατέρων δὲ γαῖαν. κ. τ. λ.

δίδοντι] Vera et vulgo recepta lectio. Aldin. perperam δίδονται.

Epistola X.

Abderitae Hippocrati.

Ad pag. 12. C. μηδὲ νῦν δὲ, ὦ πάντες θεοὶ, φθονηθείη. Sic Foëſius, Charterius, Lindenius. Ut

[33]) In hac epiſtola Doricas formas non reſtitui. Prodere enim videtur ejus, qui epiſtolas has ſuppoſuit, inſcitiam, qui quidem Ionicam Atticamque dialectum calleret, Doricam vero plerumque ignoraret, et ſic Doricis Ionica multa intermiſceret.

nihil dicam de mala verborum collocatione μηδὲ νῦν δὲ, editorum laudatorum verſio: „*At neque nunc (o Dii omnes) id nobis invideatur*“ in his verbis ſupplet ea, quae ſalva graecitate omitti non poterant. Mercurialis textus μηδὲ, ὦ πάντες θεοὶ, φθονηθείη mali numeri quidem effugit opprobrium, alterum vero non. Praeterea quum in Aldina inveniatur ὧδε poſt νῦν, in Mſc. quibusdam vero οὕτως, haec non temere illata eſſe videntur, ſed ad veram lectionem ducunt hanc: μηδενὶ οὕτως (vel ὧδε), ὦ πάντες θεοί, φθονηθείη. Nemini ita (ut nunc nobis) invideatur. Optant enim Abderitae, ne aliis quoque, malevolorum hominum invidia, bona rapiantur, uti jam Democritus, ſummum decus, in eo eſt, ut iis eripiatur. φόβος οὐχ ὁ τυχών.) Omnes vertunt: *timor non vulgaris, timor non mediocris.* Malim: timor non temerarius.

Ad pag. 12. D., ἐκλαθόμενος γὰρ ἁπάντων, καὶ ἑωϋτοῦ πρότερον, ἐγρηγορὼς ἡμέραν καὶ νύκτα. Sic hunc locum recte conſtituit Charterius, niſi quod legi debet ἑωυτοῦ, vertitque ſic: *omnium enim, imprimisque ſui oblitus, vigilans noctu et diu etc.* In antiquiorum editorum vitium iterum incidit Lindenius.

Ad pag. 12. E. νουθέτησον τὴν πατρίδα.] Interpretes vertunt vel, *conſule patriae*, vel, *adhortare patriam*, aliam verbi notionem, quae ſola huc quadrat, non curantes. Verti enim debet: ſolatia affer patriae.

τῆς γὰρ Δημοκρίτεω ψυχῆς, ἀλλ', οὐδ' εἰ χρυσὸς ἦν ἡ πόλις, ἀνταξία βουλήσιος, οὐδ' ὁτιοῦν ἀφυστερήσαντα. Locum eſſe corruptum pravae omnium interpretum verſiones oſtendunt ad textum factae. Orationis nexus eſt hic. Quum Abderitae in prioribus plura attuliſſent argumenta, cur Hippocratem neuti-

quam pudere deberet, Democriti curare morbum, addunt hoc, nihil fibi effe tantopere acceptum, quam Democriti vitam atque falutem. Exprimunt hac fententia: Neque fi tota urbs aurum effet, eam fibi tantopere optari ac vitam Democriti et falutem, neque οὐδ' ὁτιοῦν ἀφυστερήσαντα. Quum primam periodi partem fanam effe quisque videat, ultimum tamen ejus verbum vitiatum effe fentiet. Quaedam exemp. legunt εἰ δ' ὁτιοῦν ἀφυστερήσαντα, et cum fequentibus conjungunt. Praeterquam vero quod ἀφυστερήσαντα non habet, unde pendeat, orationis quoque vis atque robur perit. Pro ἀφυστερήσαντα fubftituas ἀφυστερήσασα, verba deinde omnia fic fuppleas atque conftruas: οὐδ' εἰ χρυσὸς ἦν ἡ πόλις, ἀνταξίη βουλήσιος ψυχῆς Δημοκρίτεω, οὐδ' εἰ κατ' οὐδ' ὁτιοῦν ἀφυστερήσασα ἦν τοῦ χρυσοῦ. Neque fi tota urbs ex auro folido effet conftructa, eam tantopere fibi caram effe ac vitam falutemque Democriti, neque fi in nulla re auro folido effet inferior, vel, fi quoad pretium auro folido effet aequiparanda.

Ad pag. 12. F. θεραπεύσεις. Aldin. lectionem θεραπεύεις recte omnes contemferunt editores.

Ad pag. 13. A. ξυγγενὲς.] Nifi vocula τι excidit, ita ut vertatur „cognatum quid omnibus eft fapientia," fcribendum eft ξυγγενής.

εὖ ἴσθι] Aldin. aliter fed perperam.

προεκλιπὼν] Sic vulgo. Solus Mercurialis Aldinae προεκλιπεῖν in textum affumfit, idque jure fuo. Vulgatam premit primum hoc, quod πρὸ in προεκλιπὼν plane otiofum eft, deinde quod verba μὴ προεκλιπὼν Δημόκριτον ratione parum conveniente cum fequentibus conjunguntur. Praefero igitur προεκλιπεῖν hac orationis cohaerentia: Gratificaberis aevo fequenti, eo quod Democritus (fc. fi tua

eum cura ſanaverit) non juſto ocius deſtituitur veritate, in qua ſe primas laturum eſſe ſperat. Aliis verbis: Gratificaberis poſteritati, ſi Democritus tua cura ſanatus ante mortem veritatem conſequitur, in qua princeps evadere cupit. Sic πρὸ illud jus ſuum retinet, et ἐκλιπεῖν, ut ſolet, cum ſecundo caſu conjunctum ſignificat: *deficere, deſeri.*

προτερήσειν] Aldin. perperam προτερήσιν.

Ad pag. 13. C. εὐκαρπίζει] Sic Foëſius et Charterius. εὐκαρπίσαι Mercurialis. εὐκαρπίσει Lindenius. Meliorem lectionem ſuppeditat Aldina εὐκαρπῆσαι, modo mutetur in εὐκαρπήσει. Nam ex εὐκαρπήσει primum eſſe natum εὐκαρπῆσαι, et pronunciationis vitio εὐκαρπίσει et εὐκαρπίζει, quod nusquam extat, neminem fugit.

Epistola XI.

Hippocrates Abderitis.

Ad pag. 13 E. καὶ] vitioſe inſerunt Aldinae poſt δῆμοι.

σοφὰς] Aldin. perperam omittunt.

πρὸ ὑμέων] Reſtituit Charterius, cum ceteri male legant πρὸς ὑμέων.

Ad pag. 14. A et B. διαδέδυκεν] Vatican. et Aldin. perperam διαδέδοικεν.

ξυνήεσαν] Vatic. et Aldin. aliter, ſed perperam.

προσήεσαν] Reſtituit Charterius pro barbara forma προσίεσαν.

Epistola XII.

Hippocrates Philopoemeni.

Ad pag. 14. F. μονήρεες] Vatic. perperam μανήρεις.

Ad pag. 15. A. φροντίδων] Sic codices meliores. Vat. θορύβων.

οὐ πάντες] Vitium quoddam insidere, orationis nexus arguit. ποθέουσιν ἄντρα καὶ ἡσυχίην οὐ πάντες οἱ μανέντες, ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν ἀνθρωπίνων πρηγμάτων ὑπερφρονήσαντες κ. τ. λ. Sensus hic requiritur: non solum ii, qui insaniunt, loca tranquilliora quaerunt, sed etiam qui res humanas contemnunt. Repono igitur pro οὐ πάντες, οὐ πάντως, h. e. οὐ μόνον.

Ad pag. 15. B. ἀργυρίῳ] Restituit Foësius pro ἀργυρίου.

ἐξελέγχθηναι] Vatic. ἐλέγχθηναι.

ἔῤῥωσο] Vatic. apponunt σύ.

Epistola XIII.

Hippocrates Dionysio.

Ad pag. 15. D. αὐτὴν] Vatic. perperam αὐτό.

παιδίης] Sic vulgo. Lindenius male restituit παιδείης, oblitus παιδία passim pro παιδεία occurrere. Platon. Polit. p. 12.

Epistola XIV.

Hippocrates Damageto.

Ad pag. 16. C. ἐπείγει γὰρ τὸ πρῆγμα καὶ φιλότης] Sic omnes praeter Charterium, qui delet καὶ ante φιλότης, πρῆγμα et φιλότης conjungi non posse bene sentiens. Pro καὶ legendum censeo ὦ φιλότης. Prorsus vitiosum est Aldin. ἔπειτα γὰρ τὸ πρῆγμα φιλότης.

Ad pag. 16. D. κτήσασθαι] Vatic. perperam κυήσασθαι.

Μακάριός τ' ἂν ἧς, ἀλλ' ἀδύνατον, εἰ μήτε μήτηρ σοι νενόσηκε, μήτε πατὴρ, μήτε τὰ ὕστερον τέκνα, ἢ γυνὴ, ἢ φίλος, ἀλλὰ διὰ τὸν σὸν γέλωτα, ἵνα διασώζηται, εὐτυχὴς πάντα τὰ ἄλλα. νοσεόντων γελᾷς κ. τ. λ.] Sic hunc locum exhibet Charterius. Eum esse corruptum, ejus ratio omnino ostendit. Corruptior multo quoad interpunctionem invenitur in ceteris editt. Ejus sensus, antecedentibus adnexus, si

quid video, hic eſt: Tu quidem, Democrite, unice laetitiae deditus es, dolore expulſo. In qua quidem laetius de rebus humanis ſentiendi ratione ſane beatus fores, beatusque ſemper futurus es, ſi nihil tibi triſte acciderit, ſed in omnibus quibusque felix fueris. Haec quae loco ineſſe debet ſententia, nec niſi textus depravatione ei quaſi erepta eſt, redit hujus levi mutatione. Μακάριος δ' ἂν ἦς, (ἀλλ' ἀδύνατον) εἰ μήτε μήτηρ σοι νενόσηκεν, μήτε πατήρ, μήτε τὰ ὕστερον τέκνα, ἢ γυνὴ ἢ φίλος, ἀλλ' εἰ διὰ τὸν σὸν γέλωτα, ἵνα διασώζηται, (abundantius dictum pro: ἵνα ὁ σὸς γέλως διασώζηται) εὐτυχέης (vel quod malim εὐτυχέοις, quum jam Mercurialis habeat εὐτυχεῖς) πάντα τὰ ἄλλα. Νοσεόντων δὲ γελῇς κ. τ. λ.

Epistola XV.

Hippocrates Philopoemeni.

Ad pag. 17. B. χρῆμά τι ἑρπετῶν ὑπερφυὲς.] Sic vulgo. Vatic. et Aldin. pro χρῆμά τι legunt σχήματι. Quod ſi retinere malueris, verba forent ita corrigenda σχήματι ἑρπετοῖ ὑπερφυεές. Vulgatam tamen praetulerim, quippe quae nulla correctione indiget.

τῷ] l. τῳ. Magno quodam tractu ſecuti ſunt dracones.

περιεσφηκωμένας] Sic Foëſius recte correxit ex περιεσφηκόμενας.

Ad pag. 17. C. ἀφελὲς πεπλοκισμένη] Aldin. perperam ἀσφαλές.

λαμπρείμονα] Exemp. aliquot perperam λαμπρήμονα.

Ad pag. 17. D. οἷον] pro οἷον poſt φάσμα vere restituit Lindenius, quum Vatic. exhibeant μόνον.

οὐ κακὴ μὲν οὐδ' αὐτή.] Sic Mercurialis, Foëſius, Lindenius. Pravum Vatic. οὐκ ἀκαλὴς οὐδ' αὐτὴ Charterius veriſſime emendavit οὐκ ἀκαλλὴς μὲν οὐδ' αὐτή.

Epistola XVI.

Hippocrates Crateuae.

Ad pag. 18. B. εἰ δ'ἐδύνασο] Aldin. perperam εἰ δ'ἠδύνατο.

ἐκαθήραμεν] Aldin. perperam ἐκάθηρα μὲν.

ὑψηλόφους] Sic vulgo. Mſc. R. ὑψηλολόφους. Epiſt. Graecan. p. 323 ὑψηλοφύτους. Vulgata praeferenda eſt.

Ad pag. 18. D. ἕλκουσιν] Mſc. R. perperam ἕλκουσα.

παρὰ λίμνας ἑλείους πεφυκυίας] Lindenius male correxit παρὰ λίμναις, ita ut ἑλείους referatur ad βοτανέας, quod jam praedicato πεφυκυίας affectum eſt.

ποταμίους] Mſc. R. παραποταμίους.

ὑελίνοισιν] Mſc. R. ὑελίοισιν.

διαυγαζόμενα] Foëſius bene ex exemp. aliquot reſtituit διεῤῥεπιζόμενα.

Ad pag. 18. E. πάγχυ] Aldin. τάχα. Mſc. R. πάντη.

χρέος] Aldin. χρέων.

Ad pag. 18. F. ἀνθρώπου] Aldin. ἀνθρωπίνου. Vulgata ob concinnitatem praeferenda eſt.

τὸ γὰρ ἀτέκμαρτον] l. τὸ μὲν γὰρ ἀτέκμαρτον.

Ad pag. 19. A. ἕτερον δ'ἀεὶ καὶ πρὸς ἑωϋτὴν ὁρίζουσα οἰκειοῖ] Sic Charterius. Locus eſt mirum in modum corruptus, neque lectio Mercurialis οἰκεῖον et Foëſii οἰκεῖ eum ſanare poteſt. Tacendae igitur ſunt illorum verſiones, ad textum corruptum factae. Sperare enim ſe dixerat in antecedentibus aucto , fore, ut Democritus ſanitatem recipiat, niſi vel ex naturae vel ex anni temporis, vel alius rei vitio inciderit quid curationi adverſum. Multa enim eſſe, quae fugiant mortales, quippe qui non omnia diligenter inquirere penitusque perſpicere poſſint, atque etiam ad occulta abſtruſaque vires

animi intendere debeant. Praeterea aegrotum plerumque non esse iis contentum, quae possit medicus, sed majora poscere, eaque quae etiam non possit. Duos igitur propositos esse fines medico, vel duplicem metam, alteram aegroti voluntatem, atque spem alia medicina, quam quae adhuc morbo adhibita esset, opem sibi ferri posse, alteram artis, τὸ μὲν ἀνθρώπου, τὸ δὲ τέχνης. Ad illam vero tendere, esse incertum et occultum, ὧν τὸ μὲν ἄδηλον, quia omnia in conjecturis posita sint, diversaeque hominum naturae omnia dubia reddant, justoque latius vagari liceat. Si quis vero ad artis vel scientiae metam pergere voluerit, eum arctius constringi, τὸ δὲ τῇ ἐπιστήμῃ ὥρισται. Caussam addit hanc, quia artis leges migrare finesque ejus excedere vetitum sit. Ex hac igitur sententiarum cohaerentia sponte emanat corrupti loci emendatio haec: ἕτερον δ' αἰεὶ πρὸς ἑωυτέην οἰκέουσα ὁρίζει. Ars vero in se usque habitans, definit, i. e. ars in suos fines est regressa, et terminis coarctata, nec nisi secundum eas quas complectitur regulas, quid verum sit, definit, et quid fieri omnino debeat, severe statuit. Quod vero ἕτερον cum οἰκέουσα conjunxerim, ratio in promtu est. Etenim quum auctor voce ἕτερον nihil aliud quam τέχνη vel ἐπιστήμη exprimere vellet, facili incuria illud cum οἰκέουσα construere poterat. Respondet nimirum illi τὸ μὲν γάρ. Deinde καὶ omisi ut intrusum propter soni affinitatem in αἰεὶ. Illud denique ὁρίζουσα οἰκιεῖ pro οἰκέουσα ὁρίζει, vel auditionis vel scripturae labe invectum quisque videt.

ἐνίοτε δὲ τὸ πᾶν ἀπώλεσε.] Quum haec verba in Aldin. et Vatic. non legantur, ea valde suspecta esse putat Foësius. Retinuit tamen, ut ceteri. Mihi quidem totus hic locus plane corruptus esse

videtur. Non pauca ante ἐνίοτε praetermiſſa eſſe interruptus orationis tenor arguit. Quomodo locum hiantem expleam, neſcio.

ἐνιοβόλησε] Aldin. perperam ἐν ἰοβόλοισιν.

τῇ ἐντὸς ἄβρῃ] Sic Mercurialis et Lindenius, *internae teneritudini* interpretantes. Quum vero ἄβρη notionem ἁβρότητος minime habeat, repoſuit Foëſius, quem deinde ſecutus eſt Charterius, αὔρῃ. Pejus tamen utrique verterunt, quam emendaverunt: *Et ſuo, circum eam, quae intus eſt auram hiatu, maleficium pro auxilio illis inſpirant.* Melius ſic: internoque ſpiritu peſtem pro auxilio ipſis afflant. Prius in mentem mihi venerat: τῆς ἐντὸς αὔρης κάκωσιν, pro auxilio, interni ſpiritus peſtem iis afflant. Quod quamvis magis placeat, tamen nihil nunc mutandum puto.

αὐτοῖς] Foëſius mavult αὐτῇσιν.

εἰσι] poſt καθάρσιές deletur a Mſc. R.

μὴ χρησαίμεθα] μὴ delent Mſc. R.

σοφίη τέλος] Aldin. perperam σοφίης τέλος.

Epistola XVII.

Hippocrates Damageto.

Ad pag. 19. C. ἢ πρόσθες μετὰ τοῦ ἁλίου ἐπίσημον καὶ ὑγιείην] Perperam Aldin. ἣν πρόςθες, μετὰ τοῦ ἁλίου ἐπίσημον τὸν ὑγιῆ.

ἱστιοδρόμηκε] Aldin. vitioſe ἰσοδρόμηκε.

Ad pag. 19. D. σῶζε.] Hic Exemp. R. inſerunt ὦ Ζεῦ, quam vitioſe quisque videt, quum ſe nunc potius ad Hippocratem quam ad Jovem Abderitae converterent.

εὐδιορθώτου] Mſc. R. perperam ἀδιορθώτου.

ἀνήλιφος] Sic Charterius. Lindenius ſequitur Aldin., quae et ἀνήνυτος et ἀνήλυτος ſcribunt. Mercurialis ex aliquot exemplis vult ἀνειλήφώς, pro quo

Foësius restituere conatur vel ἀνηλειφὼς vel ἀνηλιφὴς (ἀνάλειπτος). Quae quidem lectiones quum squalorem indicent, haec vero notio etiam sequentibus insit, ut κουρείων τὰ γενεία, ab initio ἄλυπος legendum esse suspicabar. Aliud tamen idemque quoad universam notionem lectioni meae comparandum suppeditatur a Foësio, qui Cornarium *discalceatus* vertentem ἀνήλιπος legisse conjicit. Etsi autem fieri non potuit, ut Cornarius ἀνήλιπος legeret, quippe quod non est *discalceatus*, eadem tamen lectio, sic a Foësio inventa, ceteris praeferenda esse videtur. Significat nimirum, *inflexis genibus sedens*, quod quidem non solum ad verba ἐν θώκῳ λιθίνῳ egregie quadrat, sed etiam Democriti animi tranquillitatem, et super res humanas elationem vividissime pingit.

κουρειῶν] Quamquam omnia fere exempla sic legunt, tamen, quum haec forma nusquam inveniatur, tutius est cum Foësio et Charterio restituere κουρίων, formam admodum frequentem.

Ad pag. 19. F. ἐκελάρυζεν] Aldin. ἐγκελάρυζεν.
σεσώρευτο] Pravum est σεσόρευντο, et Foësii σεσώρουντο.

Ad pag. 20. B. ἀπολέσαντα.] Aldin. perperam ἀλλὸν ὀλέσαντα.

μίμνετε] Aldin. μίμνατε.

Ad pag. 20. C. ἐπεὶ δὲ ἐπλησίαζον, ἔτυχεν, ὅ τε ἐπῆλθον αὐτέῳ ὅ τι δή ποτε γράφων.] Sic vulgo. Aldin. legunt: ἐπεὶ δὲ ἐπλησίαζον. Ἔτυχεν ἐπελθὼν αὐτέῳ. ὅτι δή ποτε γράφειν. Si in vulgata molesta tibi fuerit repetitio vocum ἐπλησίαζον et ἀπῆλθον, ex Aldina locum ita corrigere poteris: Ἔπειτα δὲ ἐπλησίαζον. Ἔτυχον δ' ἐπελθὼν αὐτέῳ, ὅτε δή ποτε ἔγραφε.

τί καλέομεν] l. τίνα καλέομεν.

Ad pag. 20. D. διζήμενος] Vatic. διζόμενος.

Ad pag. 20. E. τυγχάνω] Sic vulgo. Vatic. lectio τυγχάνων magis ad veram accedere videtur, mutata in τυγχάνω ἐών.

προσέπεσεν] Mſc. R. perperam προύπεσεν.

Ad pag. 20. F. ἀπολωφέοιτο] Sic recte Charterius correxit ex ἀπολοφέοιτο, quod ceteri ſervarunt. Vatic. et Aldin. ἀπόλοιτο interpretamentum ſapit.

μισέων] Hic μὲν eſt reponendum.

ἀνεκάγχασε] Legendum videtur ἂν ἐκάγχασε, ut illud ἀθρόον quodammodo limitetur. Praeiverunt exemplar. aliquot exhibentia ἂν ἐκάγασε.

περὶ τοῦ σέο γέλωτος] Aldin. perperam σημείου. τὸν ἄνθρωπον] Aldin. τὰ τοῦ ἀνθρώπου vitioſum eſſe, ſequentia docent, ubi κτώμενον ad illud ἄνθρωπον refertur.

Ad pag. 21. F. ἄργυρον κτώμενον] Sic Charterius. Ceteri κτίζοντα. Ex Aldin. τείνοντα Foëſius veriſſime conjecit πεινῶντα, quod velim ſcripſiſſet πεινέοντα.

αἰσχύνηται] Charterius reſtituit pro αἰσχύνεται.

Ad pag. 22, A. δεσμίων χερσὶν] Charterius διζήμενος addit, abundantius quam verius.

ἐπιπιπτούσης] Vatic. πεσούσης.

ἐγείροντές] Aldin. perperam ἐγέραντες.

βωλοποιέοντες] Cur glebas fecerint, nec potius discuſſerint, non apparet. Itaque Schneiderus recte correxit βωλοκοπέοντες.

τὸ δὲ μίην γῆν] Mercurialis et Foëſii πολεμίην γῆν, quod commodum ſenſum non fundit, bene correxit Charterius τὸ δὲ μίην γῆν, cujus, quae levis ei ineſt, maculam expelles mutato τὸ δὲ in τὴν δὲ.

Ad pag. 22. B.] πολεμέουσιν ἔμφυλον, ἠρεμίην οὐχ αἱρετίζοντες. In his verbis vitium aliquod latere orationis ſumma oſtendit. Democritus nimirum in eo eſt, ut τὴν κενὴν σπουδὴν καὶ ἀλόγιστον, vana

ſibique ipſis ſaepiſſime adverſa hominum ſtudia deſcribat. Ad vana haec et ſibi contraria hominum ſtudia id quoque refertur, quod populares bello delere velint, quum tamen patriam optent cultiſſimam. Pro ἠρεμίην igitur legi debet ἐρημίην quod vertatur: populares bello petunt, quamquam a terra deſolata abhorreant.

ἀποδόμενοι] Aldin. perperam ἀποδεχόμενοι.

Ad pag. 22. C. ποθέουσιν] Aldin. male ποθέοντες.

ἀθεσμόβια] Sic vulgo. Exempl. quorundam ἀθεσμοὶ βία jam ideo non ferendum eſt, quod conſtructio evadit minime Graeca.

πλουτίζουσι τὰ ἀνάξια καὶ τὰ ἄψυχα.] Charterii quid ſibi velit interpretatio, *indigna et inanima ditant*, neſcio. Ceterorum *indigna et inanima divitias habent* falſiſſimum eſt, quia haec notio verbo πλουτίζειν non ſubjecta eſt. Malim igitur, ut vis antitheſeos magis manifeſtetur, interpretari ſic, ſuppleto, ut paſſim, ἑωυτούς: dum patriae amicorumque inopiam non curant, res indignas inanimasque cumulatim ſibi parant.

ἤπειρον γλίχονται]. l. ἠπείρου. Pro γλίχονται Mercurialis perperam γλήχονται.

Ad pag. 22. D. περὶ γεωργίην.] Deſidero τήν.

ἀδιαπτωσίῃ] Vatic. vitioſe ἀδιαπτώσιν.

ἀγαθοῖσιν] l. ἀγαθαῖσιν.

Ad pag. 23. A. αὐτοί τε ῥηιδίως] l. αὐτοί τ' ἂν ῥηιδίως.

νῦν δ' ὡς ἐπ' ἀρηρόσι τοῖς ἐν τῷ βίῳ Φρενοβλαβέες τετύφλωνται, ἀσυλλογίστῳ διανοίῃ τῆς ἀτάκτου Φορῆς δυςδίδακτοι] Vertit Charterius: *Nunc vero in rebus vitae veluti firmis, mente capti caecutiunt, mente inconſiderata, inordinatum impetum difficile addiſcentes.* Priora verba pro textus ratione recte interpretatus, poſteriora perperam vertit. Malim ſic, inſerto δὲ poſt ἀσυλλογίστῳ: — — — aegreque

commonefaciendi ſunt, propter temerarii impetus inconſideratam cogitationem. Quod ad priora verba attinet, valde placet Cornarii emendatio τετύφωνται pro τετύφλωνται: nunc autem velut rebus in vita firmis, dementes illi ſuperbiunt.

Ad pag. 23. D. εἰ δέ τις ἐμερμήριζεν] Aldin. perperam εἰ δ'ἐμερμέριζεν.

ὁδοιπορέων] Aldin. vitióſe ὀρέων.

ἄλλου δὲ τὰ τῶν πέλας μὴ ἱστορέοντες, ὑπὸ τῆς ἰδίης κακοπραγίης ἀπώλοντο] Sic vulgata, quae recte ſe habet. Aldin. lectione τῶν παλαίων vis perit antitheſeos ſic efferendae: dum ex aliorum rebus non diſcunt, ſuis infortuniis deprimuntur.

Προθεωρεῦντες] Aldin. perperam θεωροῦντες.

ὁ δὲ αὐτέων κατακρίνει τὴν ἀπροαιρεσίην, μήτε ὀρήσεως (l. ὀρήσιος) μήτε ἀκοῆς μετέχοντας. μούνη δ' αἴσθησις ἀνθρώπου ἀτρεκείη διανοίη τηλαυγής, τό, τε ὂν (l. ἐὸν) καὶ τὸ ἐσόμενον προορεομένη.] Huic loco medelam eſſe afferendam jam Foëſius recte vidit. Cornarius poſteriorem loci partem melius expoſuit quam priorem. Legit in hac pro ἀπροαιρεσίην, προόρωσιν, vocem quae nusquam extat, magisque ex latino *providentia* expreſſa eſt, quam ad Graecitatem efficta. Deinde ὁ δὲ explicat, *quidam*, ita ut ponatur pro τις, quod ferri poteſt. Vertit: *Quidam vero ex ipſis praevidentiam in hominibus eſſe negant, ut qui neque viſus, neque auditus participes ſunt.* Quid hac verſione cogitari poteſt perverſius? Si ex Cornarii mente ὁ δὲ pro τις accipere volueris, locus ita potius foret conſtituendus atque explicandus: Ὁ δ' ἂν αὐτέων κατακρίνει τὴν ἀπροαιρεσίην, μήτε ὀρήσιος, μήτε ἀκοῆς μετέχων αὐτός. Aliquis forte eorum temeritatem damnaverit, quum tamen ipſe neque viſus neque auditionis particeps ſit. Sed hac correctione ſuperſedere

possumus, si ὁ δὲ refertur ad γέλως, cujus invidiam nunc a se avertere studet Democritus, non temere se ridere dicens: Hic autem risus eorum inconsiderantiam taxat, damnatque eos, qui neque vident, neque audiunt. Posterior periodi pars levi mutatione sananda est. Pro ἀτρεκείη διανοίη lege ἀτρεκείῃ διανοίῃ. Bene vertit Cornarius: *solus autem sensus hominis recta intelligentia lucidus, et praesens et futurum praevidet.*

Ad pag. 23. E. ἀναιδείης πισύνους.] Quod quid sibi velit, nescio. Lindenius reponere vult ἀναιδείης, nullo tamen linguae usu, quasi *pudoribus* dixisset auctor. Restituerim potius ἀναιδείῃ πισύνους.

Ad pag. 23. F. χαρίζονται, εἶτα μετανοοῦσιν, ἢ καὶ ἀφαιρεῦνται· τὰ φιλίης δίκαια κακοπραγεῦντες εἰς ἔχθρην] Sic hunc locum bene constituit Charterius, modo scripsisset μετανοέουσιν, neque καὶ, quod abesse potest, intrusisset. Antea legebatur χαρίζονται· εἶτα μετανοοῦσιν, ἢ ἀφαιρεῦνται τὰ φιλίης δίκαια, κακοπραγεῦντες εἰς ἔχθρην κ. τ. λ.

Ad pag. 24. A. ξυμφερόντως.] Sic Mercurialis et Charterius. Emendare conatur Cornarius, ξυμφέροντος, quod a Foësio et Lindenio receptum, ironicum loco detrahit colorem. Denuo enim Democritus homines taxat, quia, quod est utile, damnosum putant. Extulit sic: Nonne ridebo hominem propter amorem lacrimantem, quod utiliter ab eo est seclusus?

ἢν ῥιψοκίνδυνος ᾖ] Praeplacet lectioni exemplar. quorundam ἂν ῥιψοκινδυνείῃ.

Ad pag. 24. B. ἐγὼ μὲν οὐδαμῶς δοκέω γελῆν, ἐξευρεῖν δὲ κατ' αὐτέων ἤθελόν τι λυπηρόν.] Levis macula his verbis est detergenda. Quum enim in antecedentibus Democritus multa se invenire dixisset, quae non posset non valde deridere, hoc

ſibi objicit: At non tam ridenda, quam dolenda affatim reperire licet. Quid igitur ſibi velit illud τι poſt ἤθελον, deinde quomodo imperfecti ἤθελον ratio huc quadret, quum, ſi vulgatae loci interpretationi aſſentiri volueris, ἐθέλοιμι potius ſcribendum fuiſſet, plane non video. Repoſuerim igitur ἐθελοντὶ, ſponte, ſine omni difficultate; et pro Charterii et Cornarii verſione: *equidem minime ridendum cenſeo, verum in eos aliquid moleſti excogitaſſe vellem*, hanc dederim: Equidem mihi minime ridere videor, facili potius negotio contra eos invenire, quae ſunt dolenda.

ἀλλ' οὐδὲ ἰητρικὴν ὑπὲρ τουτέων ἐχρῆν εἶναι, μήτε τεχνώμενον Παιονῆα φάρμακα.] In hoc loco admodum variat ſcriptura. Vatic. τεχνώμενον. Aldin. τεχνωμένην. Al. ἰωμένην. Mſc. R. ἰομένην. Pro Παιήονα et Παιονῆα alia exempl. legunt πέπονα. Foëſius, quem ſecuti ſunt Charterius et Lindenius, exhibet τεχνώμενον Παιήονα φάρμακα. Mercurialis ἰωμένην πέπονα φάρμακα. Equidem duas lectiones fuiſſe arbitror, quae deinde librariorum negligentia confuſae ſunt. Altera μήτε ἰομένην Παιονίην φάρμακα, altera τεχνώμενον πέπονα φάρμακα. Priorem vero genuinam cenſeo, et eam, ex qua poſterior orta ſit.

μισανθρωπίης] Aldin. perperam μισανθρωπίνης.

Ad pag. 24. D. εἶδον μὲν ἂν] Hoc ex Aldin. et Vatic. recepit Charterius. Al. εἴδωμεν ἂν.

κυκῶντας] l. κυκέοντας. Aldin. perperam κυκᾶνται.

Ad pag. 24. E. πρὸς τὰς ἐλπιζομένας κτησίας ὡρμήμενοι] Sic vulgo. Reſtituenda eſt lectio ex Vatic. ὑπερορίας. Bona appetunt extra ſuos fines poſita, i. e. aliorum.

οἱ δὲ ὑπερηφανεῦντες, οἱ δὲ ἐπτοημένοι κενοδοξίῃ.] Ex lectione Vatic. ἐπταιρομένοι Foëſius eruere cona-

tur ἐπτορημένοι vocem inauditam. Corrigere potius debuisset ἐπαιρόμενοι. Attamen hoc multo debilius esset vulgata lectione, ubi egregie sibi invicem opponuntur ii, qui superbiunt, et qui vana ostentatione aliorum quasi sunt attoniti (ἐπτοημένοι)

στεφανηφορίαις.] Hoc Charterius recte restituit ex Aldin. et Vatican. propter orationis concinnitatem. Ceteri στεφανοφορέοντες.

στρατίην] Msc. R. ὀφοικίην perperam.

ἀναξίους.] Msc. R. perperam ἀναστίνους.

ψυχὰς] l. ψυχέας. Vatic. σπουδάς, quod utrum praeferam vulgatae, nescio.

πῶς μὴ χλευάσωμεν τὸν τοιῆνδε ἀκρασίην ἔχοντα βίον αὐτέων;] Sic vulgo. Praefero Msc. R. τοιῆςδε ἀκρασίης, quippe quod est et difficilius et fortius. Nonne irrideamus eorum vitam, quae ex tali pendet intemperantia, quae tali intemperantiae dedita est?

Ad pag. 25. A. ἤπου γὰρ ὑπονοέω ὡς σαφῶς λωβᾶσθαι σοῦ τὰ πολλὰ τῆς ἐπιστήμης.] Hanc sanam Vatic. lectionem, in qua nihil est corrigendum, quam ἦπου γὰρ, profecto enim, pro ἤπου, et σαφέως pro σαφῶς, omnes secuti sunt. Budaei emendatio ἤκουσα γὰρ νοσεούντων est superflua.

ἀχαριστίην.] Vatic. et Aldin. vitiose ἀχρηστίην.

ἐχθαίρουσι] Aldin. perperam ἐχθέρουσι.

καθαιροῦσι τὸ κρέσσον.] Sic Foësius verissime correxit, quem secutus est Charterius, pro καθαίρουσι ceterorum. Plebs enim non lustrant, sed extenuant id, quod est praestantius.

Ad pag. 25. B. οὐκ ἄπειρος σὺ τῶν τοιούτων λεσχημάτων· σαφέως δὲ εἰδὼς, ταῦτα ἐν ἀξιοπαθείῃσί σε πολλάκις γενήθεντα, καὶ οὐδὲ αἰτίην ἢ βασκανίην φιλοτωθάσαντα.] Locus mirum in modum corruptus, quem omnes eodem modo legunt, nisi quod Aldin. ha-

ent ἀπείροις pro ἄπειρος, nulli tamen loci commo-o. Non ſaniores textu ſunt interpretationes Cor-arii et Charterii. Charterii haec: *Nec tu hu-usmodi maledicentiae expers es, immo probe ſcis, l te in gravibus affectionibus ſaepe fuiſſe, ne-ue criminationi aut invidiae convitiatum eſſe.* Jec alia eſt Foëſii. Melius vertit Cornarius: *Non utem inexpertus es tu talium nugarum; immo robe ſcio, ob haec te ſaepe in memorabilibus ad-lictionibus accerſitum fuiſſe, et neque cauſam, ut invidiam, libenter deriſiſſe.* Loquitur De-nocritus de eo, quod homines, ut quaeque prae-tantia, ſic artem medicam invidia perſequantur, dditque, etiam Hippocratem talibus ſine dubio uiſſe obnoxium. Locus igitur ſic eſt conſtitu-ndus: οὐκ ἄπειρος σὺ τῶν τοιουτέων λεσχημάτων. σα-θέως δέ εἰδὼς (recte Cornarius vertit, *et probe ſcio.* Supplendum enim εἰμὶ) ταύταις ἐν ἀναξιοπαθείῃσι (pro ξιοπαθείῃσι, voce in graecitate inaudita) σε πολ-λάκις γενήθεντα, καὶ οὐδὲ αἰτίην ἢ βασκανίην φιλοτωθά-αντα. κ. τ. λ.

ἀτρεκίης] Aldin. perperam ἀτρεκῆς.

Epistola. XVIII.

Democritus Hippocrati.

Ad pag. 25. E. γνώσας] Aldin. vitioſe γνώσῃ.
εὐκαίρως] Aldin. male ἀκαίρως.
ἀμείβοντα] Aldin. male ἀμείνοντα.

Ad pag. 25. F. τοιουτοτρόποισι] Aldin. male τοιούτοις τρόποις.

ὧν νόος ἀκρόπλοος καὶ ἀβέβαιος καθέστηκεν] Sic plures legunt. Foëſius et Charterius Aldin. lectio-nem ἀκρόπολις καὶ ἀπάτῃ μεγίστῃ καθέστηκεν veriſſime tuentur, mutato ἀκρόπολις in ἀκρόπλοος, et ἀβέβαιος

plane abjecto, ut interpretamento vo
πλοος.

ἡ πινυτὴ μανίη ἂν ἐγέγονει] Sic vulg
ἐν μανίη ἐγέγονει. Vatic. ἐν πινυτῇ μανίῃ ἐγεγ
quidem lectio Vatic., modo corrigatu
πινυτῇ ἂν μανίῃ ἐγενόμην, verior vulgata eſſ
quia haec graecitatem quodammodo n
Scribendum enim fuiſſet: ἡ μανίη πινυτὴ ἂ

Ad pag. 26. A. προσέχοντα] Vatica
ram προσέοντα.

ἀπέσταλκα.] Mſc. R. ἐπέσταλκα perpe

Epistola XIX.

Hippocrates Democrito.

Ad pag. 27. C. συνήγαγεν] l. ξυνήγαγ
et Vatic. perperam ἤγαγεν.

Epistola XX.

Hippocrates Theſſalo filio.

Ad pag. 28. E. ἀναπρίσει] Aldin. ἀν
ἔσται] Aldin. perperam ἔστω.